Quelle: https://manuscripta.at/?ID=31237
Copyright: CC BY 4.0 <img src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png"> Kontakt: Stift Stams   <img src="https://manuscripta.at/styles/universitaets-landesbibliothek-tirol.png" height="48">   <img src="https://manuscripta.at/styles/BMKOES_Logo.svg" height="48">   <img src="https://manuscripta.at/styles/EUnion_POS1.jpg" height="48">>

Rubricæ Martyrologii.

1.

Lector non petit benedictionem: sed absolute incipit a Calendis, Nonis vel Idibus mensis solaris: tum mox subjungit quantitatem Lunæ seu diem mensis lunaris.

2.

Quantitas Lunæ cognoscitur ex signo Epactæ currẽtis. Sunt autem Epactæ triginta, proinde & signa, alia quidem secundum Martyrologium novum, alia secundum hoc antiquum.

Literæ sec. nov.	P.	N.	M.	H.	G.	F.	f.	E	D				
Epactæ.	o vel *.	XXIX.	XXVIII.	XXVII.	XXVI.	XXV.	25.	XXIV.	XXIII.				
Literæ huj. ant.	t.	T.	h.	H.	Q.	e.	E.	N.					
L. n.	C.	B.	A.	u.	t.	s.	r.	q.	p.	n.	m.	l.	k.	i.
Ep.	XXII.	XXI.	XX.	XIX.	XVIII.	XVII.	XVI.	XV.	XIV.	XIII.	XII.	XI.	X.	IX.
L. a.	b.	B.	k.	K.	S.	g.	G.	P.	d.	D.	M.	a.	A.	i.
L. n.	h.	q.	f.	e.	d.	c.	b.	a.					
Ep.	VIII.	VII.	VI.	V.	IV.	III.	II.	I.					
L. a.	l.	R.	f.	F.	O.	c.	C.	L.					

Epacta 19 ita scribitur, quando concurrit cum Aureo numero 19: quod rarissime contingit.

Observa

1. Quando currit Epacta talis, cui subscripta est in hac tabella litera major; tunc eandem in margine hujus Martyrologii adscriptam consule: huic superpositus est quantitas Lunæ.
2. Quando currit Epacta, cui subjacet litera minor; tunc eandem literam in margine prosequenti die adscriptam aspice: numerus superpositus est quantitas Lunæ diei præcedentis.